



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCLXIII. De Destructione oppidi Strasberg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Godefridus C. de Hohenlob XI. Mag. Gen. Ordinis Teut.
Meneko de Querfurt XII. Mag. Provinc in Prussia

Teuton. Mag. Generalis præfuit post obitum Hermanni à Salza; refertque hanc ejus secundam Electionem ad an. 1292, die S. Andreæ Apostoli. Dicit autem nomen Henrici ipsum accepisse, cum Sacro baptisme tingeretur: Nomen vero Gothofredi in susceptione Ordinis suum fuisse *Vid. Grun. tractat. 10. C. 2.* Verum hæc vix probari poterunt. Ut enim taetam, usitatum hoc non fuisse, ut illi, qui Ordinis Regulæ se subjicerent, nomina sua mutarent: certe tantum est temporum inter Henricum illum & hunc Gothofredum intervallum, ut unus idemque Magister esse non queat. Statuit euim Grunovius Henricum de Hohenloch an 1221. Hermanno de Salza esse sufficuum, quo tempore minimum 30. annos natum esse oportuit. Deinde anno 1292, esse electum. Posthac An. 1295. Capitulum habuisse Elbingæ. Inde se Magistratu abdicasse, itemque eundem resumisse.

CAP. CCLXIII.

*De**Destructione oppidi Strasberg.*

Hoc anno scil. Domini M. CCXCVIII. de Lethovia (a) CXL. viri tam improvisè irruerunt in die B. Michaelis in oppidum (b) Strasberg, quod totum populum & unum Sacerdotem occiderunt, mulieribus & parvulis captis & præter verecundiam, quam aliis Sacramentis fecerunt, unus purgando alvum baptisterium defœdavit; Quos frater Conradus Saccus Provincialis terræ Colmensis cum multis fratribus & armigeris secutus usque ad interiora deserti, comprehendit, & liberatis Christianis captis, omnes interfecit, sic quod unus non evasit qui talem eventum posset posteris nunciare.

Anno Dn. MCCXCVIII.
Albertus Dux Austriae Adolphum Regem Romanorum occidit in bello & successore in regno.

ANIMADVERSIONES.

(a) CC habet Chron. Ger. Antiq. in 4.

(b)

Gottfridus de Hohenlob XI. Mag. Gen. Ord. Teuton.
Ludovicus de Schippen XI. Mag. Prov. Prussiae.

(b) Strasburgum, Polonicè Brodnica dictum, conditum esse dicitur.
Anno 1285. Henneb. in Comment. p. 438.

CAP. CCLXIV.

*De**Suburbiorum combustionē Castri
Junigedæ & Pistæ.*

EO tempore, quo Exercitus fratreum de Pruschia adhuc esset in partibus Livoniæ, frater Cuno Commendator de Brandenburg cum magno Exercitu aggressus Castra Junigedam & Pistam, eorum suburbia igne funditus destruxit, & cum recederet, supervenit quidam frater de Raganita navigio cum quibusdam armigeris, qui exiens ad pugnam contra Castrenses coëgit totum Exercitum fratrum redire ad prælium initum, quo certamine unus Leuthovinus virilis homo occisus est, & plures utriusque partis graviter vulnerati.

An. Dn. MCCXCIX. Bonifacius Papa VIII. & Albertus Rex Romanorum regnant.
Anno Domini MCCC. Tartari exentes à seditibus suis invaserunt Saracenos, & primo in Cappadocia, deinde in partibus Seleuciae sive Antiochiae. Inde in Armenia majori & minori abinde in totam terram promissionis & in Damasco & in Gaza usque ad confinia Aegypti, in quibus omnibus Regionibus plusquam CC. Millia Saracenorum occiderunt. Eodem anno fuit annus Jubileus & Dominus Bonifacius Papa dedit omnibus visitantibus limina Beatorum Petri & Pauli Apostolorum plenissimam indulgentiam peccatorū.

CAP. CCLXV.

*De**Fratre Ludowico descepe Mag.
terre Prussiae.*

Frater